Palatinatus Cracoviensis Terra Sandec.

Ex MS Archiv. Cap. Gnes. n. 81.

24

1257. Oto gres Martii

Privilegium Boleslai Ducis Poloniae aliás donatio terrae Sandecensis Thelonio in Popr(ad) et omnibus attinentibus Beatae Cunegundae Consortis suae facta inrim Expensi dotalitii sui in Commodum Rei publicae post Tartaricam totius Regni devastationem. Poppelini.

In nomini Domini Amen

Quoniam Plasmator hominum Deus post creationem primi protoplasti volens ut propago humani generis potiora primordii sui nancisci valeret incrementa providendo et praedestinando liquidoque praeostendens in se Individuae Trinitatis unitatem dixisse legitur.

Non est bonum hominem esse solum faciamus ei adjutorium simile sibi ut hac sanctione inductivé salutari inter cultores fidei orthodoxae carnis identibus, prolis pluralitas, pacis tranquillitas, in universo orbis plantatio uberius cresceret, Domino irrigante. Hinc est quod nos Boleslaus Dei gratia Dux Cracoviae et Sandomiriae notum esse volentes praesentibus et futuris, praesentium notitiam habituris, quod nos ab ineunte aetate nutui ac beneplacito optimi conditoris gestientes parere per omnia, et ut melius et quietius opitulante Deo possemus nostri Principatus gubernacula possidere de consilio maturo Venerabilis in Christo Patris Domini Visslai Cracovien. Eppi Decretoque omnium optimatum nostrorum et Baronorum adjutorio Dei praevio coniunximus nobis copula maritati generosissimam Dominam Dominam Cunegundim Illustrissimi Regis Hungariae Domini Belae Filiam non solum auro argento et lapidibus pretiosis gloriose regali Providentia et magnificentia ditatam verum virtutum etiam ac nobilium morum dotibus plurimum redimitam, quae inspirando Deo temporalis suffragii adminicula nobis tempore nostrae permaxime necessitatis praestitit copiose, ut ex his, quae subnectuntur liquebit luculenter. Cum enim tempore tempore malo permittende Deo peccatisque nostris exigentibus Tartari terras nobis, subiectas mucrone crudeli depopulati fuissent terramque subito et inopinate deebriassent pro fluvio sanguinis Christiani demumque pereunte cultore omnia deperisse viderentur. Nobis more Principali ac Magnificentia omnibus gratiosissima imperare non liceret, dumque nil perfunctoriam pecuniarum sub doni cordis lapide et liti avaritiae aestu in Thesauris nostris lateret, magisque nobilis militiae cohorte exindite largitatis imo laudabilis prodigalitatis in nata generositate, quam divitiarum cumulo stipati gauderemus, ac ob id consequendum ad notabilem inopiam fuissemus devoluti

ex eo quod

ex eo quod stipendia solita militiæ Nostræ unde solveremus penitus non inveniremus et ex præmissis sæpe dicta venerabilis gloriosa Domina consors nostra Charissima cernens nos plurimum anxiari in innefabili et infalibili dilectino fervidæ Charitatis quo nostris affectibus iugiter inhæsit concitata compatiens ex intimis sæpe dictas pecunias sui dotalitii per plures vices impensionem stipendiorum iam dictorum largiflue exhibuit ex pendendas, ea tamen conditione adiecta coram aliquibus Nobilibus Terræ nostræ ut dicta sibi fide sæpius dictam pecuniam mere et integre, ac sine omni diminutione tempore et loco solvere obligaremur, quod et fecimus præsentes sibi super nostris sponsionibus debitam cautionem, et quod tantas pecunias adquas nos Solemniter et fideliter Obligaverimus tempore et loco ut præmittitur persolvendas argentis necessitatis stimulo impellente atque quod præmiseramus crebris et variis infortuniis succedentibus dumque ad solutionem tantarum pecuniarum insuffitientes et invalidi reperiremur, usi Salutari Consilio Venerabilis Patris Dni Prandotæ Cracovien: Eppi et Ex Decreto omnium Nostrorum omnium Baronum Ex unanimi voluntate Dariber et Absque Terram Sandecensem puré et integré Sine omni Dominatione cum pleno dominio sicut ipsi tenemus Sibi Damus et confirmamus irrevocabiliter que tradimus et in perpetuam possidendam cum pleno dominio Tellonii et omnibus attinentiis et pertinentiis ad Eund: Situs usque ad metas Hungariæ sese extendentibus fluviis Piscatinis Tabernis, molendinis, pratis, pascuis et omnibus aliis attinent: et pertin: quibuscunque nominibus censeantur ita quod dictam terram liceat Sibi vendere, commutare, donare, locare, et quolibet modo à se alienare. In qua terra nostris Succedancitis Nihil aliud Juris relinquimus nisi Juri Solatium præfatæ nostræ conjugis prædilectæ tuitionis defensionis et conservationis et gloriosa Domina, si nos vocante Domino prius de argastulo Carnis migrare contigerit Solatiis delibata ac Suffragiis suffulta ingravarunt Tempore

quo adivet aut post obitum suum terram memoratam
alterius Gentis non applicet Populo. aut a Polonica Natio
ne divellat indignata sed semper Materno affectu ac fide
illibata quod ad gentem supra Dictam inviolabiliter immu
tabiliter qui tenuit ipsam Gentem conservendo indesinen-
ter foveat more solito pietatis, ut autem haec
nostra irrefragabilis donatio, imo verius incompara-
biliter minus sufficiens. retributio ac recompensatio obti
neat robur perpetuae et inconcussibilis firmitatis et ne
aliqui instigante spiritu malitiae et nequitiae, timore
Dei prorsus objecto, plurics dictam Dominam vel legiti
mos ejus Successores, praesumant injuriis vel molestiis
quibuslibet modo quolibet indebitae lacessere praesentem
paginam super his diligenter, confectam, sigillo nostro =
fecimus communiri. Acta sunt haec in Korczyn villa nostra
Anno ab Incarnatione Dni 1257. Sexto nonas Mar. Praesen
tibus his testibus Illustr. Casimiro Cujaviens. et Lanciciens.
Zimovito Masoviens. Ducibus. Janusio Gnesn. Praeposito
et Cancellario Ducis Casimiri Fulcone Cracoviens. et Sandom.
cancellario per cujus manum hoc Privilegium Datum est -
Nicola Cracoviens. Segnevo Sandomiriens. Abraham Masovien.
Palatinis Boguphalo. Sandom. Joanne de Czechow Bronisio de
Begeczn Castellanis Varesio Dapifero. Subislao Agazone =
Sandom. et aliis quam plurimis Clericis Laicis et fide dignis
Locus. X. Sigilli Principis Boleslai in funiculo serico =
coloris purpurei in Cera Exaratum pensile in quo visitur
Persona Ducis erecta Dextera lanceam erectam sursum
Sinistra stemma Regalem ergaita Rui Exaratam habens.
circum circa in orbem inscribtionem S Boleslai Pudici
Ducis Cracoviensis et Sandomiriensis

L.